



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 66. Decretum a Provinciale Fratrum Minorum circa Pii V. Bullam editum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

S. LXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

*Decretum a Provinciale Fratrum Mi-  
norum circa Pii V. Bullam  
editum.*

Anno priori Fratrum Minorum Supe- *Op. Baji*  
riores in comitiis Nivellensibus de- *t. 2. p. 147.*  
cretum condiderant, vi cuius Pontifi- *& 199.*

cis bullam promulgari, erroresque ibi-  
dem proscriptos ejurari præcipiebant,  
cum autem Fratres Minores se ad hu-  
jus sanctionis custodiam non adstringi  
enserent, hinc Julianus de Quercu in  
Flandria Minister Provincialis hoc anno  
salutis nostræ millesimo quingentesimo  
sexagesimo nono die prima Septembbris  
novum edidit decretum, quod ad om-  
nes Provinciæ suæ Guardianos trans-  
miserat. Erat illud hujus tenoris:  
„Tam Sacerdotibus, & Clericis, quam  
„Laicis capitulariter congregatis, le-  
„gantur præfati articuli cum suis cen-  
„suris, quibus lectis Pater Guardianus,  
„postquam prior ipse abjuraverat, ju-  
„bebit, ut quilibet publice, & alta voce  
„abjuret, promittatque traditurum ante  
„viginti quatuor horas post abjuratio-  
„nem factam omnia scripta, si quæ  
„penes se, vel alibi habeant, Magistri  
„Michaelis Baji, nullam denique se fa-  
„cturum querelam propter defensionem  
„dictorum Articulorum, aut eorum,  
„qui

**Sæcul. XVI.** „qui eos quandoque docuerunt, aut de-  
A.C. 1569. „fensarunt, sed operam daturum paci-  
 „Provinciæ, quæ aliquoties turbata-  
 „fuit propter illam doctrinam. Et post  
 „quam singuli abjuraverint, & hæc pro-  
 „miserint, Guardianus conficiet literas  
 „hæc, & singula omnia continentes,  
 „quas muniet Sigillo Conventus, &  
 „syngrapha sua cum adnotatione an-  
 „ni, mensis, & diei, sicque clausa  
 „tradet nobis, quo citius poterit, omni  
 „fraude seclusa. Necessum autem erit,  
 „ut sibi quisque prospiciat, ne post hec  
 „acta ullo modo recidat in illam do-  
 „ctrinam, aut in aliquem ejus articu-  
 „lum: haberetur enim pro relapso, &  
 „dignus esset poenis juris, & in Bulla  
 „Sanctissimi Domini contentis, quæ ta-  
 „les sunt, ut propter crimen hæretis  
 „mereatur projici ab ordine, omni Ec-  
 „clesiaستico præsidio spoliatus, & tradi-  
 „justitiæ sæculari multandus extremo  
 „suppicio. Et quoniam non solum is,  
 „qui recidit in doctrinam damnatam, &  
 „abjuratam, sed etiam, qui favet per-  
 „sonæ hæreticæ, eam recipiendo, mi-  
 „tendo munera, defendendo quomodo-  
 „libet, singularem amicitiam osten-  
 „dendo, censetur esse relapsus, vigi-  
 „landum erit, ne quid horum per vos,  
 „vel per aliquem vestrum committatur,  
 „ne, quod absit, in notam relapsus ve-  
 „niatis.

„niatis. Ad hoc enim laboramus, ut Sæcul. XVI.  
„restituamus Provinciam in eo statu, A. C. 1569.  
„in quo erat ante has doctrinas in eam  
„introductas, & vos, & singulos ve-  
„strum servemus integros in Ecclesia,  
„& Ordine nostro, absque ulla hærefoes,  
„aut peregrinæ doctrinæ suspicione, ut  
„liberi, ac liberati ab omni tali sorde ser-  
„viatis Domino Deo in unitate fidei,  
„& Spiritus libertate. Lectis his lite-  
„ris curabit Pater Quardianus eas re-  
„mittere ad proximi Conventus nostræ  
„Provinciæ Quardianum, ut etiam fa-  
„ciat respective, quæ hic intendo. Et  
„quia Sorores habent etiam propter  
„hanc doctrinam, aut eos, qui eam  
„tenuerunt, inter se nonnullas gra-  
„ves querelas; Quardianus exponet  
„illis harum tenorem, & præcipiet om-  
„nium querelarum propter hujusmodi  
„doctrinas, aut personas abjurationem,  
„sub gravissimis pœnis, etiam usque  
„ad relapsus, si iterum incipient ejus-  
„modi contentiones, sive querelas mo-  
„vere, ut in pace possint servire Deo,  
„juxta quod illi promiserunt. Datum  
„Nivellæ sub mei officii Sigillo, meo-  
„que Syngrapho. Anno Domini mil-  
„lesimo quingentesimo sexagesimo nono  
„mensis Septembbris die primo.,,

Hic denique fuit progressus, quem  
Baji cauffa hoc anno fecerat.

§. LXVII.